Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26560
Copyright: Admont, Benediktinerstift

29

contendit. ab omnibus se abstinet. Et illi
quidem ut corruptibilem coronam acci
piant. nos autem incorruptam. Iste igitur
sic curreret non quasi in incertum. expe
ditos habere studebat pedes. ad
martyrii palmam properantes. metu
ens ne uel tarditate aliquatenus tepes
ceret. uel lapsu penitus deficeret.
Deinde ut duplicem in ara dei hostiam
immolaret. ante sanguinis effusio
nem. carnis et sanguinis pertulit mor
tificationem. Occultum prius sustinere
uoluit martyrium. quo paratior ac
fortior inueniretur ad manifestum.
O felices beatę felicitatis gradus.
felix in coniugio. felicior in uidui
tatis proposito. felicissima in mar
tyrio